

4521 deo | Basceia|ndosso¹ | Andox|us | v. s. l. m.

Melles prope St. Béat rep., est Tolosae (XIII 26 vidit Hirschfeld). — 1) Videtur legendum Bascei Andosso, cf. N. 4556.

4522 Bocco | Harauso|ni | M. Val. | Fuscus¹ | v. s. l. m.

4522^a Bocco | Harousoni | M. Valerius | Fuscinus¹ | v. s. l. m.

In Aquitania rep. in agro Convenarum, loco ut perhibetur dicto ‘Boucou’ (commune de Sauveterre), arae duae, iam Tolosae (XIII 78. 79 vidit Hirschfeld). — 1) Fratres, vel pater filiusque, videntur hos titulos dedicasse.

4523 Borien|no¹ deo | Monsus | Taurini f. | v. s.

Prope Lugdunum Convenarum (St.-Bertrand) rep. (XIII 301 vidit Hirschfeld).

— 1) *Tertia littera fortasse fuit p.*

4524 Erge | deo¹ | Eglogue | v. s.

Rep. loco dicto Hautaget, deinde Tarbes (XIII 482 vidit Hirschfeld).

— 1) *Multae aliae arulae eiusdem dei in eadem regione repertae, XIII 484. 484 seq.*

4525 Erditsed. | consacran.¹ | (*protomae duae cum urceo*) Borodates | v. s. l. m.

Tolosae, sed fortasse ex saltu Pyrenaeo ablata (XII 5379 = XIII 397 bis vel ter descripta saec. XVI/XVII). — 1) Consacrani (cf. N. 4530).

4526 Fano | Her. Aus|cor. Ritse|he¹ sacrum | G. Val. Vale|rianus.

In Aquitania non longe a Tardets (Basses-Pyrénées) in finibus ut videtur Tarbellorum (XIII 409 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) Sic interpretatur Mommsen vocabula nullis punctis divisa; de Auscis populo vicino (ibi ubi hodie Auch) monet Hirschfeld.

4527 Diane et | Horolati¹ | et Garre¹ | deo An|nous² | v. s. l. m.

In saltu Pyrenaeo sub radicibus montis Gar in vico Chaum rep. (XIII 60 vidit Hirschfeld). — 1) Deorum haec nomina agnosci in nominibus locorum recentibus ‘Ore’ et ‘le pic de Gar’ monuerunt editores. — 2) Idem nomen hominis XIII 345.

4528 Ilixoni | deo¹ | Fab. Festa | v. s. l. m.

Luchon rep., est Parisiis (XIII 545 vidit Hirschfeld). — 1) Eidem numini dedicati sunt etiam tituli XIII 546. 547 eodem loco reperti.

4529 Secundin|us Secun|di Ilunn[ο]¹ | v. s. l. m.

4529^a Asto Ilun|no¹ deo | C. Fabius | Lascivos | v. s. l. m.

Arae duae, illa St.-Béat rep., haec prope eundem locum vel certe in eadem regione (XIII 27. 31 utramque vidit Hirschfeld). — 1) Cf. N. 4536.

4530 Lahe¹ | deae | consa|crani.²

4530^a Lahe¹ | pro salutae (*sic*) | dominorum | M. Iulius | Geminus | v. s. l. m.

Marignac-las-Peyres rep., est Tolosae (XIII 447. 444 vidit Hirschfeld).

— 1) *Eidem numini etiam alii tituli in hac regione positi sunt (XIII 442 seq.). — 2) Cf. N. 4525.*